Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31624
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

laborasse, et inquirere per stellas, si euenit mali. respon
sa eius erant talia procul dubio. quia tempus tuum in malicioso morte
susceptum est. aut saturni apocatastic fuit. aut anni tui exdi
ametri susceptus est. aut clemasterica in mente si nata. aut
sinder fuit cum malo aut inuisibilis. aut in sceumate qua te
extitit esse stellis. Hec et his similia cum dixit, rationes uisimi
les assignare niteris et probare. Age nunc interroga alium mathe
maticum. cui ipsas horas ipsumque tempus in bonis casibus exultans
se dicas. illico uidebis eum rationabilia sceumata infinita offer
re. quibus approbet quia in ipsis temporibus euenire debuerint bona. Cir
culum enim tenet ex omni parte collectum. in quo diuersas et uarias
causas accepit. ex quibus occasionem accipiat dicendi quicquid uelit. Nam
et futura dum penitus prouidere non posset, clemastas dixerit. id est neutre
rei et incerte profugia. Nam diuersis temporibus nati uno naufragio pe
rierunt. et una hora diei uel noctis exorti. alter ad indicitatem deponitur.
alter ascendit ad regnum. et in uno prelio innumerabilis multitu
do prosternitur. et uno die immo uno puncto uel athomo due na
te femine una efficitur impudica. altera casta. Ergo non meretrix
uituperanda est. nec casta laudanda. Certe leges latrones et pre
pes sacrilegos sua preuaricantes puniunt. et ideo forum. ideo iudex. ideo
iura. ut iusti recte laudentur. et iniusti merito puniantur. Et hinc nolo
esse existimes. quia te ipsum nondum saluatum attendis. Nam si ex integro
ante inimici generis humani uoluisses cerimonias profugare.
intra ipso quod uerum est didicisses. Audiens hec Chromatius prefectus dixit:
Verus ille deus est. quos tales probatur habere cultores. Nam omnis sermo uir
ta rationibus affluit. ut et pecudum mentes ad rationem ueram inclinet.
Vnum est hoc ipsum quod ad ornatum domus usus sui excepisse ne impediat
saluti mee eius incolomitas dissipetur. Credo enim et hec fides mea est.
quia hoc omnia que christianitatis lex abhominatur et prohibet. ex integro si a me
separauero. et presentem merear salutem consequi et eternam. Audiens hec filius
eius Tyburtius dixit: Nulla patior ratione hoc opus preciosum et incomparabi
le deici. sed ne patiar salutem uidear inuidere patris. deferantur
duo clibana et accensa ante ianuam cubiculi preparentur. ut cum
destructum abiens fuit, et pater meus non receperit sanitatem. ambo in
singulis clybanis dimicantis ardentibus. Audiens autem pater prohi
bebat fieri. sed iuuenis non solum non metuebat promissum exitum. uerum et
constanter preparari clibana hortabantur. Tunc accesserunt ad uniuersa
ydola christallina et uolounta. et omne illud opus mechanicum commi
nuerunt. Et subito dum sese manibus frangerent. apparuit ante
oculos Chromatii prefecti iuuenis. cuius facies flameo radiabat
aspectu. et dixit ei. Misit me dominus Ihesus Christus in quem credidisti. ut omnium membro
rum recipias sanitatem. Ad hac tantum in uocem sanissimum redditus est.
et statim cepit currere post iuuenem ut pedes eius oscularetur. At ille iu
uenis dixit ei. Vide ne contingas me. quia nondum baptismi sanctifica
tio a squaloribus te abluit peccatorum ydolorum. Videns hec Tyburtius filius eius.
aduoluitur pedibus sancti Policarpi presbiteri. Ipse autem Chromatius prefectus
astringebat plantas beati Sebastiani. et ambo una uoce cla
mabant. Verus deus est. uerus et omnipotens unigenitus filius dei. quem predicatis bo
ni ministri eius. Tunc beatus Sebastianus dixit Chromatio. Sicut ipse nosti.
principatum prime cohortis egi. sed utrum sit militia hominis non scire
oli decium. non uelle. Ad hoc tantum sub clamide latere uolui. ut nu

tantum animos instruerem. et dubitantes constantes efficerem. ne pas
sionum doloribus cederent. quos fides fecerat bellatores. Tu autem amplis
sime potestatis apicem gerens. debes a potestate te ipsum et spec
taculis tollere. et iudicandis negociis absentare. Simulans ergo
egritudinem tibi postula successorem. ut possis liber ab occu
pationibus mundi future uite rudimenta accipere. ut secunda nati
uitate in nature eterne efficiaris parentibus proles. Eadem itaque die mit
tit ad amicos in palatio positos. per quos testimonia scripta susci
piens. tyrocinium diuine milicie antequam baptizaretur accepit.
Quod memorem quam plenissime fidei fuit. quamque acris ingenii constat in fide
lium asserta constitit. Nam in initio quolibet sacri sancti fontis sit unda per
fusus. interius eius fides euidenter enituit. Interrogatus si crederet. dixit
credo. Item interrogatus utrum renuntiaret omnibus ydolis. Respondit. Abre
nuntio. Prosecuta est interrogatio sacerdotis utrum renunciaret omnibus
pompis et peccatis. At ille ait. Ista prius debueram inquirere. antequam has
aulas regis celorum intrarem. Nunc autem indui me non baptizatus uestem
tunicam mea. ut omnibus prius quibus sum irat indulgeam. omnibus meis debi
toribus cyrographa restituam. si quid uiolenter abstuli. in integrum
reddi precipiam. Due mihi post uxoris obitum concubine sunt. et istis donem
et maritos tradam. ab omni nexu seruili ingenuo priuato uel publico
actuum meorum nodos exsoluam. et tunc demum promittam me renunti
aturum omnibus pompis et peccatis diabolicis et uoluptatibus mundi.
Dicit ei Policarpus presbiter: Beatiorem te celestis unda perfundit. cum
ea que arbitratu te dicis esse facturum tota festinatione compleueris.
Hanc autem legem tempore isto baptizandis iniungimus. ut totis diebus ipsis
discant renuntiatores esse omnibus inimici et mundi commenticiis. hii
qui uerissimi uolunt effici christiani. Tunc Tyburtius iuuenis sapien
tissimus dixit: Pater si tu renunciandis negotiis tempus flagitas.
ego qui adhuc susceptus sum negotia. soli susceptionis uolun
tati renuntio. et qui futurus eram aduocatus ad agendas causas
mortalium. suscipiam christianitatem ad agendas actiones angeli
cas. cum iuris esse cepero exercitator omnino qui eternam uitam accipiunt.
et efficiuntur causedici scitatis. Tunc est amplexatus est eum beatus Sebas
tianus. Quem dum baptizaret sanctus Policarpus presbiter. ipse pater
ac ceptionis eius factus est. Sed dum pauci admodum transacti fuissent
dies. omnibus rite abrenuntiatis a Chromatio mundi nego
tiis. suscepit benedicti sacramentum baptismatis nouitatem. et cum eo
familia eius promiscui sexus omnis cccc animarum. quos omnes per manumissi
onis gratiam a seruitutis nodo dissoluit. et donis optimis in
struxit. dicens hec quia ubi quandam incepimus habere patrem. seruii hominis esse
non debere. Erat autem ipsius urbis Rome nomine Gaius. uir magne
prudentie. magneque uirtutis. Imperantibus autem Carino. Diocle
tiano et Maximiano. Diocletianus urbe erat cum Maximia
no. Carinus autem cum omni exercitu in partibus Galliarum erat. et eius
intuitu lenta persecutio Diocletiani circa christianos esse cepat.
quia Carinus aliquos habebat amicos. quos hec tituli decorabat profes
sio. Igitur occiso Carino in ciuitate Monciacho. Maximiano
et Aquilino consulibus. facta est persecutio talis. ut nullus emeret uel
uenderet aliquid. nisi qui statunculis positis in eo loco ubi eum di
gratia uentum fuisset. thuris exhibuisset incensum. Circa in
sulas. circa uicos. circa nymphas que erant positi compulsores. qui